

69. Papa Adriano VI al collegio cardinalizio.¹

presso Saragozza, 3 giugno 1522.

«Adrianus papa VI. Venerab. fratres nostri, salutem et apost. benedictionem.

Cum diu avide expectassemus responsa circumspect. vestrarum ad eas litteras nostras quas nuper mense martio per dil. fil. Ioannem Borrellum camerarium nostr. secretum cum diversis instructionibus atque mandatis illi commissis duplicatas misimus, tandem ultima maii voti compotes facti sumus binis circumspect. vestrarum litteris, quarum alterae octava, alterae XI maii datae fuerunt, simul acceptis, ex quibus et quam laetis animis instrumenta acceptationis nostrae exceperint et quo studio de protectionis nostrae adminiculis sategerint magna cum animi nostri exultatione percepimus, quam mox sequenti die, id est kal. iunii, maxime cumulavit iucundissimum novum, quo dil. filium nostrum Alexandrum card. de Caesarinis cum galeone nostro littoribus Catheloniae salvum applicuisse et insuper novem triremes ex Italia, duas nostras et ecclesiae et septem chariss. in Christo filii nostri Caroli in imperat. electi, nec non duas alias naves multo biscocto atque frumento vinoque oneratas propediem expectari cognovimus ».

Letizia perchè ora finalmente può mettersi in viaggio e ringraziamento ai cardinali. L'imperatore e il re di Portogallo, gli mandarono già i loro nunzi.

«Rex Portugalliae classem nobis suis sumptibus talem et taliter instructam mittit, ut ad securitatem navigationis nostrae non parum momenti afferre videatur. Alter vero id est rex Anglie totam classem quae traiectioni nostrae necessaria esset solus exhibere paratus erat et eam exhibuisset, nisi per memoratum electum imperatorem persuasus fuisset nobis hac in re ex Napoli facilius atque commodius subveniri posse. Sed et char^{mus} in Christo filius noster Francorum rex christianissimus non quidem adhuc per oratorem sed per privatas personas amicū et benivolum erga nos animum ostendit idque ipsum et dil. filii Venetorum respublica litteris et amplis oblationibus (etiam triremium suarum) plane demonstrarunt ».

A causa della tanto necessaria pace egli ha spedito legati all'imperatore, a Enrico VIII come a Francesco I perché si concluda almeno un armistizio.

«Omnino vero dabimus operam, ut, iam suppetentibus tam navigiis quam com meatibus, citra ullam dilationem nos hinc in portum et inde continuo in Italiam conferamus... ».

¹ Cfr. sopra p. 39.